

- 165 Yxion sperans se cum Iunone coire
Fallitur atque rotę meruit tormenta subire.
Activa vita qui se putat esse beatum,
Dampnosum discet his rebus inesse rotatum.
Tantale, pre labris te flumina non recreabunt,
170 Poma famemque tuam presentia non saturabunt.
Hoc paradigmate quisque tenax non est alienus,
Parcendo rebus qui dives vivit egenus.
Tantalus est, qui querit opes; querendo senescit
Quesitisque frui vitę moderamina nescit.
175 Tantalus est omnis, qui censu divite plenus.
Habundans moritur, vivens mendicat egenus.
Mundicias odit sordens, nisi sordida rodit.
Sordide, cuncta tibi nisi sordida, Tantale, sordent.
Quę decus et virtus sunt, hec tua pectora mordent.
180 Dedecus esse putat, quicquid decet, omnis avarus.
Nulla sibi requies, sed vivit tristis, amarus,
Dives inops opibus, quem copia reddit egentem.
Non cupidum simul invenias et sufficientem.
Esuriens milio seu furfure se saturabit.
185 Arentes fauces fece *et* vappa recreabit.
Displicitura placent, numquam placitura placebunt, p. 115b
Quem letum, lotum numquam sua festa videbunt.
Servus opum famulusque rei, cui res dominatur,
Offendit vivens, placabit, si moriatur.
190 Inter opes cum te penuria tanta sequatur,
Tantule, pulchre sic te musa poetica fatur.

165–168] Vgl. *Fulgentius, Mitol. II, c. 95 f. (Fabula Ixionis)*. 169–195] Vgl. *Fulgentius, Mitol. II, c. 97 (Fabula Tantalı)*. 185 et] vel *Hs.*; das tradierte vel ist prosodisch unmöglich, da die *Paenultima* von *fece* unter allen Umständen lang sein muß (so übrigens auch im *Theophilus*, v. 109). Das überlieferte vel dürfte ursprünglich eine Glosse zu dem von mir vorgeschlagenen *et* gewesen sein, durch die der Parallelismus zu v. 184 (*milio seu furfure*) betont werden sollte. 185 *vappa*] Glosse von gleicher Hand: *vinum infatuatum*. 191 *Tantule*] Wortspiel: *tantulus* und *Tantalus*.